

Leonius de Cruce<sup>2)</sup> an NvK. Er habe kürzlich von Thomas Pirckheimer erfahren, dass NvK wegen der Bedrohung durch Hz. Sigismund nach Buchenstein geflüchtet sei. Der Kardinal möge dies als Zeichen Gottes verstehen, nun an die Kurie zu kommen, wo man ihn freudig erwarte. Kardinal Capranica sei bei der Nachricht in Tränen ausgebrochen. Der Neffe des Papstes (Rodrigo Borgia) bitte um Fürsprache beim Bf. von Trient.

Or. (wohl aut., Verschlussiegel rückseitig): INNSBRUCK, TLA, Sigm. IX 62 f. 357 (Nr. 246).

Em.: Vansteenberge, Cardinal 181; Koch, Über eine Handschrift 123; Meuthen, Die letzten Jahre 308; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 366; Baum, Sigmund der Münzreiche 152; Strack, Pirckheimer 76.

Humilima recommendacione premissa. Reverendissime pater. Hiis diebus, prochdolor, intellexi per magistrum Thomam Bercheiner<sup>3)</sup> p. v. r<sup>mam</sup> causa absentandi se a furia ducis Segismundi ad castrum Bochensteyn se transtulisse, qui a non veridicis ymmo traditoribus, ut ita loquar, sinistre informatus p. v. re<sup>me</sup> minas intulit plurimas etc. De quorum actibus permaxime contristor et doleo, gavisus tamen ex alio, cum deus non elegerit tantum virum ad preessendum ipsis montanis et feris hominibus, sed ad maiora 5 personam p. v. r<sup>me</sup> deputavit. Et quia scriptis rogatu nec precibus p. v. re<sup>mam</sup> nemo extra montes evocare valuit<sup>4)</sup>, ipse, qui presencium, preteritorum et futurorum prenosticator est, per unum inconveniens ab ipsis ferocis hominibus liberare et ad Romanam curiam transferre deliberavit. Gaudet enim tota curia de adventu paternitatis vestre reverendissime, et ego precipue, offerens personam, servitium et omnia mea, licet p. v. re<sup>me</sup> viderentur superflua, ad mandata p. v. re<sup>me</sup>. Habeo enim dei gratia et p. v. re<sup>ma</sup> mediante 10 annis singulis libere importatis sexaginta florenos Renenses in uno, duobus vel tribus beneficiis.<sup>5)</sup> Ne viderer ingratus de beneficiis receptis, personam et omnia mea ad honorem p. v. re<sup>me</sup> cum effectu offerendo, quociens, audita fama refugii p. vestre re<sup>me</sup> ad Bochensteyn, affectabar esse cum p. v. re<sup>ma</sup>. Et michi foret gaudium singulare contemplatione p. v. re<sup>me</sup> sufferre supplicia. Dominus meus re<sup>mus</sup> cardinalis Firmanus<sup>6)</sup>, audita relatione magistri Thome Berchemer, incidit in lacrimas, ex alia parte aliquantum 15 consolatus, sperando per hunc sinistram successum presenciam p. v. re<sup>me</sup>, quam summa affectione desiderat. Dominus prothonotarius, nepos domini<sup>7)</sup>, se p. v. re<sup>me</sup> humiliter recommendat rogando eandem, quatenus eum domino episcopo Tridentino recommendetis, cum in aliud non studet, nisi quomodo domino Tridentino complacere posset. Veniat ergo p. v. re<sup>ma</sup> ad Romanam curiam, et in nullo dubitet, et omnia deo dante p. v. re<sup>me</sup> prospere succedent. Si qua fuerint in Romana curia per me sollici- 20 tuda et expedienda, precipiat p. v. re<sup>ma</sup>. Alia non pro presenti. Ex Urbe die quarta mensis augusti per humilimum

r. p. v. servitorem Leonium de Cruce.

(Adresse rückseitig) Reverendissimo in Christo patri et domino, domino N. tituli sancti Petri ad vincula presbitero cardinali et episcopo Brixinensi, domino suo gratiosissimo. Brixine 25

1 Reverendissime: folgt gestr. hiis. 6 extra: folgt gestr. ipsos. | evocare: folgt gestr. non. 7 prenosticator: folgt gestr. est. 19 domino: a.R. eingefügt.

1) Die Jahresangabe fehlt, ist aber aus dem Sachverhalt zu erschließen.

2) Zu ihm s.o. Nr. 3535 Anm. 2.

3) Thomas Pirckheimer. Er war Mitte Juli nach Rom gereist und überbrachte die Nachricht von der Flucht des NvK; s.o. Nr. 5307 Z. 14-18.

4) Vgl. etwa die Aufforderung Enea Silvios, nach Rom zu kommen; Nr. 5069.

5) S.o. Nr. 3535, 3548.

6) Kard. Domenico Capranica. Leonius de Cruce befand sich in Rom in dessen familia; s. Pitz, RG VII 226 Nr. 2006.

7) Kard. Rodrigo Borgia, der spätere Papst Alexander VI., Neffe Calixts III. und derzeit Vizekanzler. Zu seiner Pfründenkarriere als päpstlicher Nepot vgl. Pastor, Geschichte der Päpste<sup>12</sup> I 859f. Nr. 82; M. Navarro Sorní, La promoción eclesiástica de Rodrigo de Borja. Estrategia nepotista y política dinástica de Calixto III, in: F.P. Iradiel Murugarren/J.M. Cruselles Gómez (Hg.), De Valencia a Roma a través dels Borja. Congrès commemoratiu del 500 aniversari de l'any jubilar d'Alexandre VI, Valencia 2006, 69-90, jedoch ohne Hinweis auf seine Ambitionen in Trient.